



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fulvii Androtii Societ: Iesv Theologi Opuscula spiritualia

Androzzi, Fulvio

Coloniae, 1611

Remedia pro iis qui contumelis afficiuntur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48641)

sumus semper cum eo loqui, conuersari cum illo, & in cor nostrum recipere.

10. Cogitare, ab eo æternam nobi paratam gloriam, vt cum omnibus Patribus Sanctis perpetuò eo perfruamur.

11. Cogitare, eum, vt nos efficeret diuites filium suū fecisse pauperem. Vt nos honoraret, & eueheret filium suum humilissime. Vt nobis impertiret vitam filio reliquisse perferendam mortem.

12. Cogitare Deum summam nostram curam gerere, oculoque elementi, & benigno respicere.

REMEDIA PRO IIS, QUI IN IURIIS, & CONSUMELIIS AFFICIUNTUR.

1. Considerare iniurias Christo Domino nostro illatas: & seruum non esse

Joann. 13. maiorem Domino.

2. Cogitare, quoties iniuria affecerit Deum, vt merito paucas existimare debeat iniurias sibi factas.

3. Cogitare, omnes Sanctos iniuria affectos, contemptos, & malè habitos.

4. Cogitare, per iniurias perpeffas hominem habere occasionem illas condonandi, & ita vicissim promerendi à Deo remissionem iniuriarum multo plurium: potest enim confidēter dicere.

Di

COMMUNIONE. 167

Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.

5. Cogitare, se habere occasionem placendi Deo, ut fiat filius Dei, ut in spiritu multum exulter, ut augeat gloriam, ut *Matth. 5.* Evangelium docet, in caelo.

6. Cogitare, se iniuria affici à Dæmone, qui hominem, ut dicit Anselmus, possidet. & ideo eum videri armis humilitatis, patientiæ, charitatis, orationis, & alijs armis spiritualibus.

7. Intueri in eo, qui iniuriam infert, imaginem & similitudinem Dei, eumq; sanguine Christi tecum redemptum.

8. Cogitare, quòd offendendo se, simul offendat Deum: & hanc offensam pluris te debere facere, quam propriam, & ideo orare pro illo.

9. Compati illi, dum vides eum excidisse diuina gratia. Deus enim dicit, *Mihi vindictam.* Quid verò peius esse potest quam gratia Dei excidisse? *Rom. 12.*

10. Suscipere illas, ut cæteras tribulationes è manu Dei sicut & SS. Martyres suas è manu Domini Dei suscipere, & ideo nihil eã ob rem cõquesli sunt. Sic S. Iob *Iob. 1.* iacturam bonorum, & filiorum, omniumq; aliarum rerum à Dæmone factã, tribuebat Deo, dicens, *Dominus abstulit.* Non dixit, Dæmon abstulit. Nam
vt not

vt notat S. August. sciebat à Dæmone, ne pilum quidem tolli posse, sine voluntate & potestate Dei. Sic Dauid contumelia affectus à quodam suo subdito, eam tanquam à manu Dei profectam suscipiebat. Vnde in quodam Psalmo inquit: *Domine, opprobrium insipienti didisti me: obmutui, & non aperui os meum, quoniam tu fecisti.* Et alibi: *Domine, imposuisti homines super capita nostra.* Et omnia bella, ac iniurias ab inimicis acceptas, attribuit Deo.

Psal. 66.

Psal. 38.

Matth. 10.

Scriptura tota plena est, quod Deus immiserit & immittat pestē, bella, caritē annonæ, & omnia alia mala pœnæ. Et si ne passerulus quidem cadit in terram sine voluntate Dei, vt est in Euangelio, quomodo citra voluntatem Dei homini fiet iniuria? Et si ille rationem habet minimi hominis capilli, cur non habeat aliarum rerum?

OMNIA MALA POENÆ
originem habere à Deo.

HÆC res tam vera est, vt si quis pertinaciter assereret contrarium, futurus sit hæreticus, quia repugnaret Scripturæ.

Amos 3.

Primò enim Propheta dicit, non est malū in ciuitate quod nō fecerit Deus.
z. Dicit